

# **Die Traditionen des Hochstifts Freising (Ed. Bitterauf), Nr. 108**

- a) Regnante in perpetuo domino nostro Jesu anni regni Tassilonis gloriosi ducis genti Baiuarorum XXXV. Itaque ego Adalhelm conpunctus dono hereditatem ad reliquias sanctae Mariae et in eodem loco ecclesiam aedificari coepimus et ea perfecta ibidem firmentur cuncta pertinentia hereditatis meae necnon presbitero Odalpaldo et carissimo filio nostro Altilo tradidi ad possidendum et custodiendum. Attoni tradidi cum ad supradicto domo sanctae Mariae in locum Frisinga nemine contradicente stibulatione interposita. Actum in villa nuncupante Pernopah. Si Haec Coteperht testes. Heriperht testes. Maiol testes. Rifuni testes. Uualtheri testes. Scrót testes. Haduker testes. Sigidanc testes. Ainhart testes.
- b) In secunda vero traditione ego Adalhelm pariter et presbiter Oadelpald tradidimus praedictam hereditatem Attone abbatи atque confirmavimus et testes per aures traximus quorum nomina sunt haec: Inprimis praedictus Coteperht. Salomon. Dauid. Angilheri. Otperht. Croon presbiter. Poto diaconus testes. Ego Hato presbiter hanc cartulam scripsi et subscrispsi.